

Forfatter: Helgesen, Poul

Titel: Udrag fra Skrifter af Paulus Helie 6. Bind / ved Marius Kristensen og Hans Ræder. - 1937 Udgivet af Det Danske Sprog- og Litteraturselskab

Citation: Helgesen, Poul: "Skrifter af Paulus Helie 6. Bind / ved Marius Kristensen og Hans Ræder. - 1937 Udgivet af Det Danske Sprog- og Litteraturselskab", i Helgesen, Poul: *Skrifter af Paulus Helie 6. Bind / ved Marius Kristensen og Hans Ræder. - 1937 Udgivet af Det Danske Sprog- og Litteraturselskab*, 1932-1948, s. 178. Onlineudgave fra Arkiv for Dansk Litteratur: <https://tekster.kb.dk/catalog/adl-texts-helg06val2-shoot-idm140415584369040/facsimile.pdf> (tilgået 27. april 2024)

Anvendt udgave: Skrifter af Paulus Helie 6. Bind / ved Marius Kristensen og Hans Ræder. - 1937 Udgivet af Det Danske Sprog- og Litteraturselskab

Prebes exemplum multis ad crimen agendum,  
Et fit de speculo pessima larua tuo,  
Fallis grammaticos nusquam sinis esse peritos,  
Fallis pontifices iusticieque duces, 5  
Fallis discipulos fidei legisque magistros,  
Regibus et monachis scandala multa facis,  
Mundi mater eras nunc incipis esse nouerca,  
Namque furens hominum decipis omne genus,  
Ambicio regnat non est qui munera spernat,  
Mors habet in titulis omnia regna suis. 10

[Blad 30-32 ubeskrevne]

[33 a] De animabus post separationem a corpore sic  
loquuntur quidam sancti

Ambrosius in libro de Cain et Abel, capite 2º sic ait Soluitur  
corpone anima, et post finem vite huius, adhuc tamen futuri iu-  
dicij ambiguo suspenditur Idem de bono mortis libro 2º ca: 10. 15  
De anima (inquit) sic dicit propheta, Anima mea in manibus tuis  
semper Semper (inquit) non in tempore, Et tu commenda animam  
tuam in manus domini : non solum cum recedit e corpore, sed  
etiam cum est in corpore, est in manibus domini, quia non vides  
eam vnde veniat aut quo vadat, Et infra eodem : ca: Denique et 20  
.4. Esdra 7. scriptura habitacula illa (de quibus in Esdra est mentio) anima-  
rum promptuaria nuncupauit, que occurrens querele humane (eo  
quod iusti qui precesserunt videantur vsque ad iudicij diem per  
plurimum scilicet temporis debita sibi fraudari remuneratione mi-  
rabiliter) ait corone esse similem iudicij diem, in quo sicut nouis- 25  
simorum sic non priorum velocitas Corone enim dies expectatur  
ab omnibus, vt intra eum diem, et victi erubescant, et victores  
palmarum adipiscantur victorie

Similem pene sententiam habet idem Ambrosius in libro de fide  
resurrectionis capite 3º. 30

Crysostomus homilia in Matheum .29. postquam locutus est  
de animabus sanctorum et anima diuitis Sic infert quo ex loco  
scripture etiam illud aperte plaret, quod post exitum a corpore,  
in locum quandam certum anime educuntur vnde redire sponte  
sua non possunt, sed terribilem illum iudicij diem ibi expectant 35

[Blad 33 b ubeskrevet]